

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fasciculus 24.
Pagine 923-964.

Dominica ij. quadragesime.
Ebdomada ij. quadragesime.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMIX.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through.pdf files located at:
www.sarum-chant.ca

This document first published July 1 2009.
Revised October 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable foundation registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2009.

[*Dominica secunda quadragesime.*]

1. **A.** **¶** Dominica 2. xl. tota cantetur hystoria.
Feria 5. cantetur 1. *R̄.* feriale et aliud in sabbato cum *R̄.* *Pater peccávi.* 955.
Tamen in anno bissextili fiat servitium de apostolo [Mathia]¹ in sabbato et tunc 2.
R̄. feriale in 6. feria dicitur. Et *R̄.* *Pater peccávi.* in hoc anno pretermittatur. Et
tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In princípio.* accipietur 1. **G.** pro
littera dominicali et inchoetur ad 3. dominicam xl.
2. **A.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
Feria 4. et 5. de festis ix. lectionum [David et Cedda],² omnia de communi unius
confessoris et pontificis.
Feria 6. dicitur 1. *R̄.* feriale et aliud in sabbato cum *R̄.* *Pater peccávi.*
3. **A.** **¶** Dominica 2. xl. tota cantetur hystoria.
Feria 4. dicitur 1. *R̄.* feriale et aliud in sabbato cum *R̄.* *Pater peccávi.*
4. **A.** **¶** Dominica 2. xl. tota cantetur hystoria et festum sancti Gregorii differatur in
crastinum et ad 2. vespere que erunt de festo fiat solennis memoria de dominica.
In 5. feria dicitur 1. *R̄.* feriale et aliud in 6. feria. Et *R̄.* *Pater peccávi* eo anno
pretermittatur.
Sabbato de sancto Edvardo, capitulum *Beátus vir qui in sapiéntia.* [680].
5. **A.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de S. Cuthberto et
solennis memoria de dominica.
In 6. feria dicitur 7. *R̄.* hystoria cum 2. *R̄.* feriali et *R̄.* *Pater peccávi*
pretermittitur.
Sabbato de annunciatione, 2. vespere erunt de festo et solennis memoria de
dominica.
1. **B.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
In 6. feria dicitur 1. *R̄.* feriale et aliud in sabbato cum *R̄.* *Pater peccávi.*
Feria 5. de sancto Mathia. In anno bissextili fiat servitium de apostolo in 6. feria
et 1. *R̄.* feriale in 5. feria dicitur, et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem
hystorie *In princípio.* accipietur 1. **A.** et inchoetur ad 3. dominicam xl.
2. **B.** **¶** Dominica 2. xl. tota dicitur hystoria.
Feria 3. et 4. de festis ix. lectionum [David et Cedda],³ omnia de communi unius
confessoris et pontificis.
1. *R̄.* feriale in 6. feria cantetur : et aliud in sabbato cum *R̄.* *Pater peccávi.*

3. **℣.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
Feria 4. dicitur 1. *℣.* feriale et aliud in 6. feria et *℣.* *Pater peccávi.* pretermittitur.
Sabbato de sancto Gregorio, capitulum *Ecce sacerdos.* 2. vespere erunt de festo et solennis memoria de dominica.
4. **℣.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
In 4. feria dicitur 1. *℣.* feriale et aliud in sabbato cum *℣.* *Pater peccávi.*
Feria 6. de sancto Edvardo. Capitulum *Beátus vir qui in sapiéntia.* *℣.* *Beátus vir qui suffert.* ant. *Iste sanctus.*
5. **℣.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. de servitio dominicali et festum S. Cuthberti differatur usque in 3. feriam et in 5. feria dicitur 1. *℣.* feriale et alia duo in sabbato.
Feria 6. de annunciatione, solennis memoria de jejunio ad utrasque vespere sed non ad missam.
1. **Ⓒ.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de sancto Petro et solennis memoria de dominica.
In 6. feria dicitur 1. *℣.* feriale et aliud in sabbato cum *℣.* *Pater peccávi.*
Feria 4. de apostolo [Mathia].⁴ Tamen in anno bissextili fiat servitium de apostolo in 5. feria, et ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystoria *In princípio.* accipitur 1. **℣.** pro littera dominicali et inchoetur ad 3. dominicam xl.
2. **Ⓒ.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
Feria 2. et 3. de sanctis ix. lectionum [David et Cedda], omnia de communi unius confessoris et pontificis.
Feria 6. dicitur 1. *℣.* feriale et aliud in sabbato cum *℣.* *Pater peccávi.*
3. **Ⓒ.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. de servitio dominicali et nichil de virgine [Perpetua]⁵ nisi memoria ad matutinas et ad vespere de sancta Maria.
Feria 4. dicitur 1. *℣.* feriale et aliud in sabbato cum *℣.* *Pater peccávi.*
Feria 6. de S. Gregorio. Capitulum *Ecce sacerdos.*
4. **Ⓒ.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
In 4. feria dicitur 1. *℣.* feriale et aliud in 6. feria et *℣.* *Pater peccávi.* pretermittitur.
5. **Ⓒ.** **Ⓒ** Dominica 2. xl. tota dicitur hystoria et festum S. Benedicti differatur in crastinum.
In 6. feria dicitur 1. *℣.* feriale et aliud in sabbato cum *℣.* *Pater peccávi.*
Feria 5. de annunciatione et memoria de jejunio ad utrasque vespere et ad matutinas sed non ad missam.

1. **D.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
Feria 4. dicitur 1. **R̄.** feriale et aliud in sabbato cum **R̄.** *Pater peccávi.*
2. **D.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali et festum S. Petri differatur in crastinum.
Feria 6. dicitur 1. **R̄.** feriale et aliud in sabbato cum **R̄.** *Pater peccavi.*
In anno bissextili fiat servitium de sancto Mathia in iv. feria et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In principio.* accipietur 1. **C.** pro littera dominicali et inchoetur ad 3. dominicam xl.
3. **D.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali et festum S. David differatur usque ad 3. feriam.
Feria 2. et 3. de festis ix. lectionum. Oratio &c. de communi unius confessoris et pontificis.
In 6. feria dicitur 1. **R̄.** feriale et aliud in sabbato cum responsorio *Pater peccávi.*
4. **D.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
In 4. feria dicitur 1. **R̄.** feriale et aliud in sabbato cum **R̄.** *Pater peccávi.*
5. **D.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
In 5. feria dicuntur **R̄.** ferialia et **R̄.** *Pater peccávi.* in hoc anno pretermittitur.
1. **C.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
In 4. feria dicitur 1. **R̄.** feriale et aliud in 6. feria et **R̄.** *Pater peccávi.* pretermittitur.
2. **C.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali. 2. vespere erunt de apostolo [Mathia]⁶ : et solennis memoria de dominica.
Feria 5. dicitur 1. **R̄.** feriale et aliud in 6. feria et **R̄.** *Pater peccávi.* in hoc anno pretermittitur.
Sabbato de sancto David, ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis.
In anno bissextili fiat servitium de apostolo in 3. feria.⁷ Et abhinc usque ad inceptionem hystorie *In principio.* accipietur 2. **D.** pro littera dominicali et inchoetur ad 3. dominicam xl.
3. **C.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali et festum sancti Cedde differatur in crastinum.
Feria 2. de sancto Cedda ix. lectionum, omnia de communi unius confessoris et pontificis.
Feria 5. dicitur 1. **R̄.** feriale et aliud in sabbato cum **R̄.** *Pater peccávi.*
4. **C.** **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.

- In quinta feria dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*
5. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
 In 4. feria dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*
1. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
 In 4. feria dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*
2. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali et festum apostoli [Mathia]⁸ differatur in crastinum. 2. vespere erunt de apostolo et solennis memoria de dominica.
 Feria 5. *R̄. ferialia cantentur et R̄. Pater peccávi. pretermittetur.*
 Feria 6. et sabbato de festis ix. lectionum [David et Cedda],⁹ omnia de communi unius confessoris et pontificis. Si fuerit annis bissextilis : [festum David erit in sabbato et]¹⁰ tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In princípíio.* accipietur 2. **℥**. pro littera dominicali, et inchoetur ad 3. dominicam quadragesime.
3. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali, ad 1. vespere fiat memoria de sancto Cedda.
 Feria 4. dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*
 Feria 5.¹¹ memoria de virginibus [Perpetua et Felicitato]¹² ad vespere et ad matutinas de sancta Maria.
4. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
 Feria 5. dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*
5. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
 Feria 6. dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*
1. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
 Feria 4. dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in 6. feria. Et R̄. Pater peccávi. pretermittitur.*
 In anno bissextili fiat servitium de apostolo [Mathia]¹³ in 2. feria proximo sequenti : et in sabbato cantetur *R̄. feriale cum R̄. Pater peccávi.* Et tunc ab hoc sabbato usque ad inceptionem hystorie *In princípíio.* accipietur 1. **℥**. pro littera dominicali et inchoetur ad 3. dominicam xl.
2. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
 Feria 4. dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*
 Feria 5. et 6. de sanctis ix. lectionum [David et Cedda].¹⁴ Omnia de communi unius confessoris et pontificis.
3. **℥**. **¶** Dominica 2. xl. de servitio dominicali.
 Feria 4. dicitur 1. *R̄. feriale et aliud in sabbato cum R̄. Pater peccávi.*

4. ④. ㊦ Dominica secunda quadragesime de servitio dominicali. 2. vespere erunt de sancto Gregorio. Capitulum *Ecce sacerdos*. [97r.]
Feria 5. dicitur 1. ㊦. feriale et aliud in sabbato cum ㊦. *Pater peccávi*.
5. ④. ㊦ Dominica 2. xl. de servitio dominicali et festum sancti Edvardi differatur in crastinum.
Et in 6. feria dicitur primum responsorium feriale et aliud in sabbato cum ㊦. *Pater peccávi*.

¶ *Dominica ij. [quadragesime.]*¹⁵

Ad [j.] vespervas.

Antiphona. Benedictus. [352].

Ps. Ipsum. (cxliij.) [352].

Capitulum. (i. *Thessa. iv.* [I.])

R ogámus vos et obsecrámus in Dómino Jesu : ut quemád- modum accepístis a nobis quómo	vos opórteat ambuláre et placére Deo, sic et ambulétis ut abundétis magis.
--	---

R̃. Det tibi Deus. *ijj.* 932.

Hymnus. Ex more docti. 859.

Ṽ. Angelis suis [Deus mandávit de te].¹⁶ 861.

AS:160; 1519:155v; 1531:97r.

2327. Ant.
I.iii.

O- mi-ne * bonum est nos hic esse, si vis fa-ci-
ámus hic tri- a ta-berná-cu- la : ti-bi u-num, Mó-y-si
u-num, et He-lý-e u-num. *Ps.* Magníficat. 53*.


Oratio.

D eus qui cóspicis omni nos virtúte destítui, intérius ex- teriúsque custódi : ut ab ómnibus	adversitátibus muniámur in córpore, et a pravís cogitacióibus mundémur in mente. Per Dóminum.
---	---

¶ *Ad matutinas.*

AS:161; 1519:155v; 1531:97r.¹⁷

Invit.
VII.ii.



1062.

E- us * magnus Dómi- nus. †Et Rex magnus



su-per omnes de-os. Ps. Ve-ní- te. 44*.

Hymnus. Summi largitor prēmii. 866.

¶ *In j. nocturno.*


Ant. Servíte. [12].

Ps. Beátus vir. (j) [12]. [*etc.*]

℣. Dicet Dómino. 868.


¶ *Hac die dominica in primo nocturno et per [totam]¹⁸ ebdomadam legantur lectiones de Isaac quando de temporali agitur : usque ad Joseph.*

Lectio prima. (Gen. xxvij. [1.])

 Enuit Isaac et caligavérunt óculi ejus : et vidére non póterat. Vocavítque Esau filium suum majórem : et dixit ei, Fili mi ? Qui respóndit, Assum. Cui pater, Vides inquit quod senúerim : et ignórem diem mortis mee. Sume arma tua pháretram et arcum : et egrédere foras. Cumque venátu áli- quid apprehénderis : fac michi inde pulméntum sicut velle me nosti, et

affer ut cómedam, et benedícat tibi ánima mea ántequam móriar. Quod cum audísset Rebécca, et ille abíset in agrum ut jussiónem patris expléret : dixit filio suo Jacob, Audívi patrem tuum loquéntem cum Esau fratre tuo : et dicéntem ei, Affer michi de venatióne tua : et fac cibos ut cómedam : et benedícam tibi coram Dómino ántequam móriar. Tu autem.

1. Resp.
VII.

7767. 

Ol- le * arma tu- a, phá-re- tram et ar-
cum : et af-fer de ve-na-ti-óne tu- a ut có-
me- dam. †Et be-ne-dí- cat ti- bi á-nima
7767a. me- a. ✠. Cunque ve-ná-tu á-li- quid attú-le- ris :
fac michi inde pulméntum ut có- me- dam.
†Et be-ne-dí- cat.

Lectio secunda. [Gen. xxvij. 8.]

Nunc ergo fili mi acquiesce consiliis meis : et pergens ad gregem affer michi duos hedos óptimos ut fáciam ex eis escas patri tuo, quibus libénter véscitur. Quas cum intúleris et coméderit : benedícat tibi priúsquam moriátur. Cui ille respóndit, Nosti quod Esau frater meus

homo pilósus sit : et ego levis.¹⁹ Si attréctáverit me pater meus et séserit : tímeo ne putet me sibi volúisse illúdere, et indúcat super me maledictiónem pro benedictiónem. Ad quem mater, In me sit ait ista maledíctio fili mi. Tantum audi vocem meam : et pergens affer que


dixi. Abiit, et attulit : deditque | matri. Tu autem.

AS:161; 1519:156r; 1531:97r.²⁰


2. Resp.
VII.




C-ce o- dor * fi-li- i me- i si-cut o-




dor a-gri ple-ni : quem be-ne-dí- xit




Dómi- nus. †Crésce-re te fá- ci- at De- us me-




us si-cut a-ré- nam ma- ris, et donet ti- bi de ro-re



ce-li be-ne- dic- ti- ó- nem. ⁊ Qui




ma-le-díx- e- rit ti-bi, sit il-le ma-le-díc- tus : et qui



be-ne-díx-e-rit ti-bi : be-ne-dic-ti- ó-ni-bus re-ple-

6601.

6601a.



á- tur. †Crésce-re.



Lectio iij. [Gen. xxvij. 14.]

Parávit illa cibos sicut nóverat
 velle patrem illius : et véstibus
 Esau valde bonis quas apud se habébat
 domi, índuit eum. Pelliculásque
 hedórum circúndedit mánibus : et
 colli nuda protéxit. Deditque pul-
 méntum : et panes quos cóxerat


trádidit. Quibus illátis : dixit, Pater
 mi. At ille respóndit, Audio. Quis es
 tu fili mi ? Dixítque Jacob, Ego sum
 Esau primogénitus tuus : feci sicut
 precepísti michi. Surge sede et
 cómede de venatióne mea : ut
 benedícat michi ánima tua.

AS:162; 1519:156v; 1531:97r.²¹


6415. 3. Resp
 VII.

Et ti-bi De- us * de ro-re ce-li et




de pingué-di-ne terre a-bun- danci- am, sérví- ant ti-




bi tri-bus pó- pu- li. †Esto dómi- nus

6415a.



fra- trum tu- ó- rum. ✠. Et incurvén- tur ante te



fí- li- i ma- tris tu- e. †Esto.

℣. Glória. 95* †Esto.

¶ *In ij. nocturno.*

Ant. Bonórum. [25].

Ps. Consérva. (xv.) [25].

Versus. Ipse liberávit me. 872.

Medie lectiones de sermone beati Johannis episcopi.

Lectio iiij.

[97v.] **P**ortábat Rebécca géminos in útero fratres : ante ortus principia bellatóres. Certántes filios mater ante sentit quam novit, ante pátitur quam videt : ante sústinet quam agnóscit. Lícuit filiórum bella sentíre : quos nondum lícuit generáre. Certámen inter fratres in útero géritur, bellum inter innátos commíttitur, matérna víscera quatiúntur : nec ad ortus principia properátur, sed ante principia nova certámina celebrántur. Vellem causas tanti certáminis nóscere : vellem istius pugne negócia tractáre. Quid intercésset, quid factum fúerat, que pugnándi rátio, que causa vincéndi, quo spectatóre id géritur, quo júdice celebrátur ? Quid victóri promíttitur, quid victo econtrário denegátur ? Quis certáre docúerat, quis pugnáre monstrárat ? Sed notum est cunctis istórum certámine fratrum : causas duórum exprími populórum. Vult enim Deus osténdere futúra ántequam

véniant : ante ventúra monstráre quam fiant. Céterum prejudicáre non potest pugna : si pugna non conséntiant mérita. Sed futurórum prescius Deus : monstruósum certámen vóluit exérceri. Dat certándi afféctus : vincéndi vota osténdit. Se spectatórem constituit : se júdicem demonstrávit. A Deo géritur certámen présente Deo qui géruit : et matre teste que sensit. Sed mater certámen sentíre pótuit : vidére non pótuit. Dénique interrogat Dóminum. Quid est (inquit) Dómine istud quod géritur ? Quid est quod in útero meo te teste tractátur ? Quid factúri sunt nati, qui sic luctántur innáti ? Aut que natórum vota suscípiam, cum sic luctámine innatórum concútiar ? Duo sunt (inquit Dóminus) pópuli in útero tuo, et due gentes de ventre tuo dividéntur : et pópulus pópulum superábit, et major sérviet minóri. O veneránda presciéntia Dei. Designántur in utrisque frátribus gentes, in

singulis pópuli declarántur : immo | ipsi gentes et pópuli nuncupántur.

AS:162; 1519:156v; 1531:97v.²²

4. Resp
VII.

6547.



Um i- ret * Ja- cob de Bersa- bé- e, et pérge- ret

A- ran : lo- cú- tus est e- i De- us di- cens. †Ter-

ram in qua dormis ti- bi da- bo, et sé- mi- ni

6547a.

tu- o. ✠. E- di- fi- cá- vit Ja- cob ex la- pí- di- bus al- tá- re

in ho- nó- rem Dómi- ni fun- dens ó- le- um dé- su- per : et

be- ne- dí- xit e- i De- us di- cens. †Ter- ram.

Lectio v.

Futurárum sóbolum nómina in natos conferúntur : et adhuc innatórum nómina ignorántur. Dicúntur enim paréntes : qui necdum filii nomen accéperant. Appellántur

patres : qui nati non fúerant ut fierent genitóres ántequam filii, fierent patres ántequam nati. Ostendúntur ambórum mérita : et operatiónis nondum est causa. Quid quisque mereátur

edíctur : et mériti cause siléntur. Senténtia a Deo profértur : et adhuc qui merétur non náscitur. Judícium divínitus celebrátur : et adhuc in útero qui judicátus est detinétur. Precédit mores judícium : senténtia áctibus prior est. Nec expectátur tempus : ut mérita dispungántur. Dispunctiónis poténtia : ante novit ómnia quam nascántur. Intérea certámen nec nascéntibus défuit : dum minor majóris plante innexus, aut prior nasci desíderat, aut se victórem tali gestu demónstrat. Major tamen próperat in lucem : et adhuc tenétur in ventre. Querit prior nasci : ne et in hoc posset a fratre devínci. Cupit pudórem properántia tégere : desíderat ignomíniam festinatióne mutáre. Timet vidéri victus : ántequam natus. Sed jam matri provéntus certáminis indicáverat Deus : índicat et nascéntium ortus. Unde digne Jacob supplantátor est vocitátus. Sed dividit in amórem utérque parens : utrúmque nascéntem. Sic pater majórem : minórem mater assúmit. Pater in útero victum amóre solátur : mater vero victórem díligit quem pugnántem non vidit. Optat pater victóri victum

equári : si victi mores possent a malícia immutári. Igitur próperant impléri predícta : féstinant geri que fúerant divínitus nunciáta. Dénique coquit Jacob pulméntum constitútus in domo : desidério rápitur véniens Esau de campo, sed male desiderátur quod in damnum salútis assúmitur. Quia contrárie esurítur quando salus manducándo digéritur : aut in vite intéritum trucidátur. Molésta enim fames est que ad hoc saginátur ut perdat, perniciosá esúries que idcírcó exclúditur, ut pejor in hómine nutriátur. Quóniam damnósa mercátio est, si salus pro cibo impénditur : aut magnis vília comparántur. Adeo Esau primátus, desidério lentis addíxit, eosdémque Jacob intemperántia desiderántis accépit : quo²³ diu Esau possídere non pótuit, quod in útero constitútus amísit. Dénique reddit Esau aliéna : Jacob récipit sua. Fit Jacob benedictióne jam primus : qui fúerat natúra postrémus. Primátus réddidit causa : quos negáverat aliquándo natúra. Nec diu [98r.] ejus grátiam indígnus pótuit usurpáre : quam Jacob mérui ántequam nascerétur accípere.

AS:162; 1519:157r; 1531:98r.²⁴

5. Resp
I.

6540.  Um ex-í- ret * Ja- cob de terra su- a, vi-

dit gló-ri- am De- i et a- it, Quam terrí-bi- lis est lo-

cus is- te. † Non est hic á- li- ud ni- si do- mus De-

6540a. i et porta ce- li. ✠. Ve- re Dómi- nus est

in lo- co is- to : et e- go nes- ci- é- bam. † Non est.

Lectio vj.

INtérea hereditária benedictio a patre in Esau dispónitur : et ab eo cibórum delectátio postulátur. Fácito inquit michi fili cibos ut amo : ut mandúcans benedícam te ántequam de ista vita decédam. Sed ignórat Esau illum placíturum in cibo : quia jam placúerat mérito. Nescit eum benedictióni aptíssimum : cui contradíderat ipse primátum. Dénique pergit venátum ut imperáta perficeret :


remorátur et tardat. Fit difícilé quod quéritur : ut in Jacob patérna benedictio complerétur. Querit Esau inveníre quod pater fastídiat : desíderat cápere quod géntor jam sagínatus exhórréat. Hortátur mater Jacob amantíssimum filium : narrat verba patris ad fratrem, refert imperáta cibórum. Benedictiónis promísse compótem dicit : si que fieri jussa sunt implére festínet. Cógitur

Jacob profitéri, quod non erat : mentíri quod fúerat. Cógitur inquam simuláre se fratrem : mentíri majórem. Adeo pergit ad gregem duos hedos addúcit, quorum péllibus bráchia nudámque cervícem abscónderet : ut hirsútam fratris preséntiam simuláret. Itaque parat cibos delectábiles mater : infert filius patri. Pater mirátur advéntum célerem filii. Quid est hoc inquit quod tam cito fili venísti ? Quod Dóminus dedit (ait :) áttuli tibi. Surge mandúca quod desiderásti : ut benedictiónem cónferas quam promisísti. Accéde ad me inquit fili ut palpem te : et vídeam si tu es Esau filius meus. Accéde inquit ad me, ut tactu séntiam quod óculis vidére non possum : palpándo intélligam quod visu non cerno. Duo


sensus id est audítus et tactus, in patre sancto conténdunt, quisnam eórum quod latébat osténderet : sed audítus índicat quod tactus ignórat. Fallit enim hábitus patrem : sed índicat vox veritátem. Refert vox quod hábitus fallébat : nudat lingua quod tégmina simulábant. Indumento quidem fratrem mentítur : sed verbórum sónitu qui fúerat indicátur. Unde Jacob sanctíssimus dividitur apud patrem in duo, dum mentítur hábitus álium : sed vox índicat verum. Véstitus majórem símulat : sed sermo minórem non celat. Ita enim aliénus est quod simulátur : ut próprium est quod per vocem dinóscitur. Ut benedictióne sit dignum quod est próprium exhereditári méruit quod fúerat aliénus.

AS:163; 1519:157r; 1531:98r.²⁵

6. Resp. I.



I Dómi-nus * De-us me- us fú-e-rit me-cum



in vi- a is-ta qua e- go ámbu- lo : et custo-

7650.

Dominica ij. quadragesime.

dí- e- rit me, et dé- de- rit michi pa- nem ad e- dén- dum,
et ves- timén- tum quo o- pé- ri- ar, et re- vo- cá- ve- rit
me cum sa- lú- te. †E- rit mi- chi Dómi- nus in re- fú-
7650b. gi- um et la- pis iste in sig- num. ✠. Surgens
autem ma- ne Ja- cob tu- lit lá- pi- dem sup- po- sú- e- rat
cá- pi- ti su- o, et e- réx- it in tí- tu- lum : fundénsque
ó- le- um dé- su- per a- it.
†Erit. ✠. Glória. 93*. †Erit.

¶ *In iij. nocturno.*

Ant. Precéptum. [34].

Ps. Celi enarrant. (*xviiij.*) [34].

✠. Scápolis suis. 876.

[*Evangelium*]²⁶ *Secundum Mattheum. (xv.)* [21.]

[*Lectio vij.*]



IN illo tempore :
Egressus Jesus
secéssit in partes
Tyri et Sydónis.
Et ecce múlter
Chananéa a finibus
illis egréssa : cla-
mábat dicens, Miserére mei Dómine
fili David : filia mea male a demónio
vexátur. Et reliqua.

Omelia beati Hieronymi presbyteri.
(*Super Math. xv.*)²⁷

Scribis et phariséis calumnia-
tóribus derelíctis, transgréditur

in partes Tyri et Sydónis : ut Týrios
Sydoniósque curáret. Múlter autem
Chananéa egréditur de finibus pró-
priis : clamans ut filie impetráret
sanitátem. Obsérva quod in quinto-
décimo loco filia Chananée sanátur.
Miserére mei fili David : filia mea
male a demónio vexátur. Inde vero
novit vocáre filium David : quia
egréssa jam fúerat de finibus suis, et
errórem Tyriórum et Sydoniórum,
loci ac fidei commutatióne dimiserat.

AS:163; 1519:157v; 1531:98r.²⁸

7. Resp.

I.




- rit mi- chi * Dómi-nus in De- um, et la-

pis iste quem e-ré-xi in tí-tu-lum vo-cá-bi-tur do-mus

De- i, et de u-ni-vér-sis que dé- de- ris mi- chi. †De-

6668.




cimas et hósti- as pa- cí- fí- cas óffe- ram ti- bi.

6668a.




℣. Si Dómi- nus De- us me- us fú- e- rit me- cum in vi- a



[98v.]

ista qua e- go ámbu- lo : et custo- dí- e- rit me.



†De- cimas.

Lectio viij.

Filia mea male a demónio vexátur. Ego filiam ecclésie puto ánimas esse credéntium, que male a demónio vexabántur : ignorántes Creatórem et adorántes lápidem. Qui non respóndit ei verbum. Non de supérbia pharisáica, nec de scribárum supercílio : sed ne ipse viderétur contráriu

senténtie per quam jússerat, In viam géntium ne abiéritis, et in civitátes Samaritanórum ne intravéritis. Nolébat enim occasiónem calumniatóribus dare : perfectámque salútem géntium passiónis et resurrectiónis témpori reservábat.

AS:164; 1519:158r; 1531:98v.²⁹

8. Resp
VII.



6465.

Ix- it ánge- lus * ad Ja- cob, Dimítte me, auró-

ra est. Respóndit e- i, Non dimít- tam te : ni-si
 be-ne-díx-e- ris mi- chi. †Et be-ne-díx- it e- um
 in e- ó- dem lo- co. ✠. Be-ne-dí- cens be-ne-
 dí- cam ti- bi : et mul- ti- pli- cá- bo te.
 †Et be-ne-díx- it.

6465a.

Lectio nona.

ET accedentes discipuli ejus :
 Rogabant eum dicentes, Dimítte
 eam : quia clamat post nos. Discipuli
 adhuc illo témpore mystéria Dómini
 nescientes, vel misericórdia commóti,
 rogabant pro Chananéa muliere
 (quam alter evangelísta Syrofenissam
 appellat) vel importunitáte ejus carere
 cupientes : quia non ut cleméntem

sed ut durum medicum crebrius
 inclamaret. Ipse autem respondens
 ait, Non sum missus : nisi ad oves que
 perierunt domus Israel. Non quod et
 ad gentes non missus sit : sed
 primum ad Israel missus, ut illis non
 recipiéntibus evangélium, justa fieret
 ad gentes transmigratio. Tu autem
 Dómine.

AS:164; 1519:158r; 1531:98v.³⁰

7156.

9. Resp.
IV.



I- nor sum cunctis * mi-se-ra-ti- ó-ni-bus tu-

is Dó-mi-ne A- bra- ham, in bá-cu-lo me- o transí-vi Jor-

dá-nem istum : et nunc cum du-á-bus turmis regré-

di- or. †Lí-be-ra me Dó- mi-ne de má-ni-bus E-

sa- u. ‡Qui- a valde contré- mit cor me- um il-lum

7156b.

ti- mens. ⁊ Tu lo-cú-tus es quod michi be-ne-fá-

ce- res : et di-la-tá-res semen me-um si-cut a- ré-nam

ma- ris. †Li- be-ra. ⁊ Gló-ri- a. 94*. ‡Qui- a.

☩ *Ferialia responsoria.*


AS:165; 1519:158v; 1531:98v.³¹

Resp.
VIII.




7334.


- rá- vit Ja- cob * et dix- it, Dómi- ne



qui dix-ís-ti michi, re-vérte-re in ter- ram na- ti-vi-tá-



tis tu- e. †E- ru- e me de ma-nu fra-tris




me- i ‡Qui- a val- de e- um tíme- o.




7334a.

℣. De- us in cu-jus conspéctu ambu-la-vé-runt patres



me- i: Dómi-ne qui pascis me a ju-ven- tú-te me-




a. †E- ru- e.

℣. Glória. 95*. ‡Quia valde.

AS:165; 1519:159r; 1531:98v.³²

7874. Resp.
VI.




V I- di Dómi-num * fá- ci- e ad fá-ci- em.


7874a.



†Et salva facta est a- nima me- a. ⁊. Et dix-



it, Nequáquam vo-cá- be-ris Ja- cob : sed Isra- el



e-rit nomen tu- um. †Et salva.

⁊. Glória. 94*. †Et salva.

Hoc predictum responsorium Orávit Jacob. erit tertium R̃. quando primo dicitur de iij. nocturno per ebdomadam : et R̃. Vidi Dóminum. dicatur in sabbato ante responsorium Pater peccávi. 963. Et si aliquod festum ix. lectionum in sabbato contigerit : tunc predictum R̃. scilicet Vidi Dóminum. erit iij. R̃. quando ultimo per ebdomadam dicetur de feria, et tunc dicetur cum Glória Patri. Et tunc R̃. Pater peccávi. in illo anno pretermittatur.

[*Ante laudes.*]

⁊. Ipse liberávit me. 872.

¶ *In laudibus.*


AS:165; 1519:159r; 1531:98v.³³

1. Ant.
VII.ii.



O- mi- ne * lá- bi- a me- a a- pe- ri- es : et os me- um

2355.



annunci- á- bit laudem tu- am. *Ps. Miserére. (l.)* [173.]


AS:166; 1519:159r; 1531:98v.

2. Ant.
VIII.ii.



Exte- ra * Dómi- ni fe- cit virtú- tem, déxte- ra Dómi-

2185.



ni ex- al- tá- vit me. *Ps. Confitémini. (cxvij.)* [95.]


AS:166; 1519:159r; 1531:98v.

3. Ant.
I.iii.



Actus * est adjú- tor me- us De- us me- us.


2846.



Ps. Deus Deus. (lxij.) [47.]

AS:166; 1519:159r; 1531:98v.³⁴

5191. 4. Ant.
VIII.i.




T Ri- um pu- e- ró- rum * cantémus hymnum, quem
cantá- bant in camí- no ignis be- ne- di- cén- tes Dómi- num.

Ps. Benedícite. (Daniel iij.) [48].

AS:166; 1519:159v; 1531:98v.

5020. 5. Ant.
VII.i.



S Tá- tu- it e- a * in e- té- rnum et in sé- cu- lum sé- cu- li :
pre- céptum pó- su- it et non pre- ter- í- bit. *Ps. Laudáte.*
(*cxlvij.-cl.*) [49].


Capitulum. Rogámus vos. 928.

Hymnus. Audi benígne. 883.

Versus. Scuto circúndabit [te véritas ejus].³⁵ 884.


AS:166; 1519:159v; 1531:98v.

2620. Ant.
I.v.



G - gréssus Je- sus * se- cés- sit in par- tes Ty- ri et

Dominica ij. quadragesime.




Sydó-nis : et ecce mú-li-er Cha-na-né- a a fi-ni-bus
il- lis egréssa clamá-bat di-cens, Mi-se-ré-re me- i
Dómi-ne fi- li Da-vid. *Ps.* Benedíctus. 52*.

Oratio. Deus qui cónspicis. 928.

¶ *Adj.*

AS:166; 1519:159v; 1531:98v.³⁶

Ant.
Ii.



C- ce-déntes discí-pu-li * Je-su ad e- um
ro-gá-bant e-um di-centes, Dimítte e- am qui- a
clamat post nos. *Ps.* Deus Deus meus réspice. (xxj.) [91].


sar0001.

¶ *Ad iij.*

AS:166; 1519:159v; 1531:98v.³⁷

sar0083.

Ant.
VII.i.



On sum missus * ni-si ad o- ves que pe-rí-e-rant



domus Isra-el, di-cit Dómi-nus. *Ps.* Legem pone. (*cxviiij.* 33.)

[132].

Capitulum. Rogámus vos. 928.


Responsoria et versus sicut in dominica precedenti ad omnes horas dicuntur. 885.

¶ *Ad sextam.*

AS:167; 1519:160r; 1531:98v.³⁸

4046.

Ant.
IV.v.



mú-li-er * magna est fi-des tu-a : fi- at ti-bi



si-cut pe-tís-ti. *Ps.* Defécit. (*cxviiij.* 81.) [141].

Capitulum. (1. *Thessa.* iv. [3.])

Hec est volúntas Dei sanctificatio
vestra ut absteineáti vos a
fornicatióne : ut sciat unusquisque

vestrum suum vas possidere in
sanctificatióne et honóre.

¶ *Ad ix.*


AS:167; 1519:160r; 1531:98v.³⁹

Ant.
IV.v.



5302.

A- de mú-li- er * semel ti-bi di-xi : si cre-dí-de-ris



vi-dé-bis mi-ra-bí-li- a. *Ps.* Mirabilia testimónia. (cxvii. 129.)
[150].

Capitulum. (1. *Thessa. iv.* [6.]

<p>Volúntas Dei est ne quis supergrediátur neque circun- veniat in negócio fratrem suum :</p>	<p>quóniam vindex est Dóminus de his óm nibus sicut predíximus vobis, et testificáti sumus. [R.] Deo grátias.</p>
--	---

¶ *Ad vesperas.*

[99r.]

Ant. Sede a dextris. [3II.]

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [3II.]

Capitulum. Rogámus vos. 928.

R. Esto nobis. 889.

Hymnus. Ex more docti. *ut supra.* 859.

V. Angelis suis [Deus mandávit de te].⁴⁰ 861.


AS:167; 1519:160v; 1531:99r.⁴¹

Ant.
VIII.i.



2287.

I- xit Dómi-nus * mu-lí- e-ri Cha-na-né- e : Non est



bonum súde-re pa-nem fi-li-ó- rum, et mítte-re cá-ni-

Dominica ij. quadragesime.



bus ad mandu-cándum, ú-tique Dómi-ne, nam et ca-tél-li e-
dunt de mi-cis que ca-dunt de mensa domi-nó-rum su-ó-rum :
a- it il-li Je-sus, Mú- li- er magna est fi-des tu- a : fi- at
ti-bi si- cut pe-tís-ti. *Ps. Magnificat. 69**.

Oratio. Deus qui cónspicis. 928.

[*Feria secunda.*

Ad matutinas.]

¶ *Feria ij. et quotidie per ebdomadam [totam :]⁴² dicantur V̄. et R̄. ad matutinas secundum ordinem nocturnorum hystorie dominicalis, ita tamen quod R̄. ferialia non omittantur.*

Lectio j. (Gen. xxvij. [20.])

Rursum Isaac ad filium suum, Quomodo inquit tam cito invenire potuisti fili mi ? Qui respondit, Voluntas Dei fuit ut cito michi occurreret quod volebam. Dixitque Isaac, Accede huc ut tangam te fili mi : et probem utrum tu sis

filius meus Esau an non. Accessit ille ad patrem : et palpato eo dixit Isaac, Vox quidem vox Jacob est : sed manus, manus sunt Esau. Et non cognovit eum : quia pilose manus similitudinem majoris expresserant.

Lectio secunda. [Gen. xxvij. 23.]

Benedicens ergo illi ait, Tu es filius meus Esau ? Respondit, Ego sum. At ille, Affer inquit michi cibos de venatione tua fili mi : ut benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comedisset : obtulit ei etiam vinum. Quo hausto : dixit ad eum, Accede ad me : et da michi osculum, fili mi. Accessit, et osculatus est eum. Statimque ut sensit vestimentorum illius fragrantiam : benedicens ait, Ecce odor filii mei sicut

odor agri pleni : cui benedixit Dominus. Det tibi Deus de rore celi et de pinguedine terre abundantiam frumenti et vini et olei : et serviant tibi populi, et adorent te tribus. Esto dominus fratrum tuorum : et incurventur ante te filii matris tue. Qui maledixerit tibi, sit ille maledictus : et qui benedixerit tibi, benedictionibus repleatur. Tu autem Domine.

Lectio tertia. [Gen. xxvij. 30.]

Dix Isaac sermonem implerat et egresso Jacob foras : venit Esau, coctosque de venatione cibos intulit

patri dicens, Surge pater mi et comedere de venatione filii tui : ut benedicat michi anima tua. Dixitque

illi Ysaac, Quis enim es tu ? Qui
 respóndit, Ego sum filius tuus
 primogénitus Esau. Expávit Isaac
 stupóre veheménti : et ultra quam
 credi potest admírans, ait, Quis ígitur

ille est qui dudum captam venatiónem
 áttulit michi, et cómedi ex ómnibus
 priúsquam tu veníres, benedixíque ei,
 et erit benedíctus. Tu.

[*In laudibus.*]

AS:167; 1519:160v; 1531:99r.

2582. Ant.
 VIII.ii.

E - go * prin-cí-pi-um qui et loquor vo-bis.

Ps. Benedíctus. 68.*

Oratio.

Resta quésumus omnipotens
 Deus ut familia tua que se
 affligéndo carnem ab aliméntis

ábstinet : sectándo justíciam a culpa
 jejúnet. Per [Dóminum nostrum].⁴³


¶ *Ad vespervas.*

AS:167; 1519:160v; 1531:99r.

4482. Ant.
 I.v.

Ui me mi-sit * me-cum est, et non re-líquit me

so-lum : qui- a que plá-ci-ta sunt e-i fá-ci-o semper.



Ps. Magnificat. 53*.

Oratio.


ADesto⁴⁴ supplicatióibus nostris
omnípotens Deus : et quibus
fidúciám speránde pietátis indúlges,

consuète misericórdie tríbue benígnum
efféctum. Per [Dóminum].⁴⁵

¶ *Feria tertia.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. [Gen. xxvij. 34.]

 Udítis Esau sermónibus pa-
tris : irrúgiit clamóre magno
et consternátus ait, Bénedic
étiam et michi pater mi. Qui ait,
Venit germánus tuus fraudulénter : et
accépit benedictiónem tuam. At ille

subjúnxit, Juste vocátum est nomen
ejus Jacob : supplantávit enim me en
áltera vice. Primogénita mea ante
tulit : et nunc secúndo surrípuit
benedictiónem meam.

Lectio secunda. [Gen. xxvij. 36.]

Rursúmque ad patrem, Nunquid
non reservásti ait, et michi
benedictiónem ? Respóndit Isaac,
Dóminum tuum illum constitui, et
omnes fratres ejus servitúti illíus
subjugávi. Fruménto et vino stabíli

eum : et tibi post hec fili mi ultra
quid fáciám ? Cui Esau, Num unam
tantum benedictiónem habes pater ?
Michi quoque obsécro ut benedícas.
Tu.

Lectio iij. [Gen. xxvij. 38.]

Unque eJulátu magno fleret :
motus Isaac dixit ad eum, In
piuguédine terre et in rore celi
désuper : erit benedictio tua. Vives
gládio : et fratri tuo sérvies.

Tempúsque véniet : cum excútias⁴⁶
et solvas jugum ejus de cervícibus
tuis. Oderat ergo semper Esau Jacob :
pro benedictióne qua benedíxit ei
pater. Dixítque in corde suo, Vénient


dies luctus patris mei : et occídam Jacob fratrem meum. Nunciáta sunt hec Rebécce. Que mittens et vocans Jacob filium suum : dixit ad eum, [99v.] Ecce Esau frater tuus minátur, ut occídat te. Nunc ergo fili mi audi vocem meam : et consúrgens fuge ad Laban fratrem meum in Aran : habitabísque cum eo dies paucos, donec requiescat furor fratris tui et

cesset indignátio ejus : obliviscatúrque corum que fecísti in eum, póstea mittam et addúcam te inde huc. Dixítque Rebécca, Cur utróque orbábor filio in una die ? Dixit quoque Rebécca ad Isaac, Tedet me vite mee : propter filias Heth. Si accéperit Jacob uxórem de stirpe hujus terre : nolo vívere. Tu autem.


[*In laudibus.*]

AS:167; 1519:160v; 1531:99v.

5278. Ant. I.vii.



- nus est e-nim * ma-gíster ves- ter qui in



ce-lis est di-cit Dómi-nus. *Ps.* Benedictus. 68*.

Oratio.

Perfice quésumus Dómine beníg-nus in nobis observántie sancte subsidiúm : ut que te auctóre faciéndá

cognóvimus, te operánte impleámus. Per [Dóminum nostrum].⁴⁷

¶ *Ad vespas.*

AS:168; 1519:160v; 1531:99v.


4477. Ant. VIII.i.



Ui ma- jor * est vestrum e-rit mi-níster vester :



qui- a omnis qui se ex-ál-tat hu-mi-li- á-bi-tur di-cit



Dómi-nus. *Ps. Magnificat. 69**.

Oratio.

Propiciáre Dómine supplicati-
ónibus nostris, et animárum
nostrórum medére languóribus : ut

remissióne percépta, in tua semper
benedictióne letémur. Per [Dómi-
num nostrum].⁴⁸

¶ *Feria iiij.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (Gen. xxvii. [1.])

VOcávit itaque Isaac Jacob et
benedíxit eum : precepítque
ei dicens, Noli accíperere
cónjugem de género Chánaam : sed
vade et proficiscere in Mesopotámiam
Sýrie, ad domum Báthuel patris
matris tue : et áccipe tibi inde uxórem
de filiábus Laban avúnculi tui. Deus

autem omnípotens benedícat tibi et
créscere te fáciat atque multiplicet, ut
sis in turbas populórum, et det tibi
benedictiónes Abraham et sémini tuo
post te : ut possideas terram
peregrinátionis tue, quam pollicitus
est avo tuo.

Lectio secunda. [Gen. xxvii. 5.]

CUnque dimisisset eum Isaac :
proféctus venit in Mesopo-
támiam Sýrie ad Laban filium Báthuel
Syri, fratrem Rebécce matris sue.
Videns autem Esau quod benedixisset
pater suus Jacob : et misisset eum in

Mesopotámiam Sýrie ut inde uxórem
dúceret, et quod post benedictiónem
precepisset ei dicens, Non accípies
cónjugem de filiábus Chánaam,
quodque obédiens Jacob paréntibus
suis isset in Sýriam, probans quoque

quod non libenter aspiceret filias
Chánaam pater suus : ivit ad Is-
maelem et duxit uxorem absque his

quas prius habebat Melech filiam
Ismael filii Abraham, sororem
Nobáioth.

Lectio tertia. [Gen. xxvii. 10.]

Igitur egressus Jacob de Bersabée
pergēbat Aran. Cunque venisset
ad quendam locum et vellet in eo
requiescere, post solis occubitum :
tulit de lapidibus qui jacebant, et
supponens capiti suo dormivit in
eodem loco. Viditque in somnis
scalam stantem super terram, et
cacumen illius celos tangebat :
ángelos quoque Dei ascendentes et
descendentes per eam : et Dóminum
innixum scale dicentem sibi, Ego sum

Dóminus Deus Abraham patris tui :
et Deus Isaac. Terram in qua dormis
tibi dabo et sémini tuo : eérítque
germen tuum quasi pulvis terre.
Dilatáberis ad orientem et ad
occidentem, septentrionem et me-
ridiem : et benedicentur in te et
sémine tuo cuncte tribus terre. Et
ero custos tuus quocúnque perréxeris,
et redúcam te in terram hanc : nec
dimittam nisi complévero univérsa
que dixi. Tu autem.

[*In laudibus.*]

AS:168; 1519:161r; 1531:99v.⁴⁹

2496. Ant.
VII.i.

C- ce ascéndimus * Hie-ro-só-lymam, et Fí-li- us
hómi-nis tra-dé-tur ad cru-ci-fi-géndum. Ps. Benedíctus. 65*.

Oratio.


Populum tuum quésumus Dó-
mine propícus respice : et quos
ab escis carnálibus précipis abstinére,

a nóxiis quoque víciis cessáre concéde.
Per [Dóminum nostrum].⁵⁰

¶ *Ad vesp̄as.*


AS:168; 1519:161r; 1531:99v.

Ant.
VII.i.




4857.

E- dé-re autem me-cum * non est me-um da-re



vo-bis : sed qui-bus pa-rá-tum est a Patre me-o.



Ps. Magnificat. 67.*

Oratio.

Deus innocētie restitutor et amator, dirige ad te tuorum corda servorum : ut Spiritus tui fervore concepto, et in fide in-

veniāntur stābiles, et in ópere effícaces. Per [Dóminum].⁵¹ In unitate ejúsdem Spiritussācti Deus.

¶ *Feria v.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (*Gen. xxvii. [16.]*)



Unque evigilasset Jacob de somno : ait, Vere Dóminus est in loco isto : et ego nesciēbam. Pavēnsque, quam terribilis (inquit) est locus iste : non est hic aliud nisi domus Dei et porta celi. Surgens ergo mane, tulit lápidem quem supposúerat cápiti suo, et eréxit in título, fundens óleum désuper :

appellávitque nomen urbis Bethel, que prius Luza vocabátur. Vovit étiam votum dicens, Si fúerit Dóminus mecum, et custodíerit me [100r.] in via per quam ámbulo, et déderit michi panem ad vescéndum, et vestiméntum ad induéndum, reversúsque fúero prospere ad domum patris mei : erit michi Dóminus in

Deum, et lapis iste quem eréxi in
títulum vocábitur domus Dei, cunc-

torú mque que déderis michi,
décimas ófferam tibi. Tu autem.

Lectio ij. (Gen. xxix. [1.])

Roféctus ergo Jacob venit in
terram orientálem : et vidit
púteum in agro, tresque greges óvium
accubántes juxta eum. Nam ex illo
adaquabántur pécora : et os ejus
grandi lápide claudebátur. Morísque
erat ut cunctis óvibus congregátis,
revólverent lápidem : et reféctis
grégibus rursum super os pútei

pónerent. Dixítque ad pastóres,
Fratres unde estis ? Qui respon-
dérunt, De Aran. Quos intérogans,
Nunquid (ait) nostis Laban filium
Nachor ? Dixérunt, Nóvimus. Sanus
ne est inquit ?⁵² Valet ínquiunt. Et
ecce Rachel filia ejus, venit cum grege
suo. Tu autem.

Lectio iij. [Gen. xxix. 7.]

Dixítque Jacob, Adhuc multum
diéi súperest : nec est tempus ut
reducántur ad caulas greges. Ante
date potum óvibus : et sic ad pastum
eas reducíte. Qui responderunt, Non
póssumus donec ómnia pécora
congregéntur, et amoveámus lápidem
de ore pútei : ut adaquémus greges.

Adhuc loquebántur : et ecce Rachel
veniébat cum óvibus patris sui, nam
gregem illa pascébat. Quam cum
vidisset Jacob et sciret consobrínam
suam, ovésque Laban avúnculi sui :
amóvit lápidem quo púteus clau-
debátur, et adaquáto grege osculátus
est eam.

[*In laudibus.*]

AS:168; 1519:161r; 1531:100r.⁵³

2577. Ant.
VIII.i.



- go * non ab hómi-ne testimó-ni- um accí-pi- o :

sed hec di-co ut vos salvi si-tis. *Ps.* Benedíctus. 68*.

Oratio.

Resta nobis quésumus Dómine⁵⁴
auxílium grátie tue : ut jejúniis
et oratióibus conveniénter intéti,

liberémur ab hóstibus mentis et
córporis. Per [Dóminum nostrum].⁵⁵


¶ *Ad vesperas.*

AS:168; 1519:161v; 1531:100r.

Ant.
VIII.i.



- pe-ra * que e-go fá-ci-o, testimó-ni- um perhí-



4160.

bent de me : qui- a Pa-ter me mi-sit. *Ps. Magníficat. 69**.

Oratio.

Adésto Dómine fámulis tuis, et
perpétuam benignitátem largíre
poscéntibus : ut his qui te auctóre et

gubernatóre gloriántur, et congregáta
restáures, et restauráta consérves. Per
Dóminum.

¶ *Feria sexta.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (Gen. xxix. [II.])

Ervatáque voce flevit, et
indicávit ei quod frater esset
patris ejus : et filius Re-
bécce. At illa féstinans nunciávit patri
suo. Qui cum audísset venísse Jacob
filium soróris sue, cucúrrit óbviám ei,

complexúsque eum in óscula ruens :
duxit in domum suam. Audítis
autem causis itíneris : respóndit, Os
meum es, et caro mea. Tu autem
Dómine miserére.

Lectio secunda. [Gen. xxix. 14.]

QUOT postquam expléti sunt dies mensis unius : dixit ei, Num quia frater meus es, gratis sérvies michi ? Dic quid mercédís accípias. Habébat vero filias duas : nomen majóris Lya, minor vero appellabátur Rachel. Sed Lya lippis erat óculis :

Rachel decóra fácie et venústo aspéctu. Quam díligens Jacob : ait, Sérviam tibi pro Rachel filia tua minóre : septem annis. Respóndit Laban, Mélius est ut tibi eam dem : quam viro álteri. Mane apud me.


Lectio tertia. [Gen. xxix. 20.]


SERVÍVIT igitur Jacob pro Rachel septem annis : et videbántur illi dies pauci pre amóris magnitúdine. Dixítque ad Laban, Da michi uxórem meam : quia jam tempus explétum est, ut ingrédíar ad illam. Qui vocátis multis amicórum turbis ad convívium, fecit núptias : et vésperé filiam suam Lyam introdúxit ad eum, dans ancíllam filie sue, Zelpham nómine. Ad quam cum ex more Jacob fuisset introgréssus : facto mane vidit Lyam, et dixit ad sócerum suum, Quid est quod fácere volúisti ? Nonne pro


Rachel servívi tibi ? Quare Lyam imposuísti michi ? Respóndit Laban, Non est in loco nostro consuetúdinis : ut minóres ante tradámus ad núptias. Imple ebdomádam diérum hujus cópule : et hanc quoque dabo tibi pro ópere quo servitúrus es michi septem annis áliis. Acquiévit plácito, et ebdómada transácta Rachel duxit uxórem : cui pater servam Balam déderat. Tandémque pótitus optátis núptiis, amórem sequéntis prióri prétulit : sérviens apud eum septem annis áliis.

[*In laudibus.*]

AS:168; 1519:161v; 1531:100v.⁵⁶

3687. Ant. VI. 

[100v.]  A- los * ma- le per- det, et ví- ne- am su- am lo- cá-



bit á-li- is ag-rí-co-lis : qui reddent e- i fructum tempó-
 ri-bus su- is. *Ps. Benedictus. 63**.

Oratio.


DA quésumus omnipotens Deus :
 ut sacro nos purificánte jejúnio,
 sincéris méntibus ad sancta ventúra

fácias pervenire. Per Dóminum
 nostrum.

¶ *Ad vespas.*

AS:168; 1519:161v; 1531:100v.⁵⁷

Ant.
 III.iv.



Uerén-tes e-um * te-né-re timu-é-runt turbas :
 qui- a si-cut prophé-tam e- um ha-bé-bant. *Ps. Magnificat. 58**.

Oratio.

DA quésumus Dómine pópulo
 tuo salútem mentis et córporis :
 ut bonis opéribus inheréndo, tue

semper virtútis mereátur protectióne
 deféndi. Per Dóminum.

¶ *Sabbato.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. (Gen. xxix. 31.)

Videns autem Dóminus quod despíceret Lyam, apéruit vulvam ejus : soróre steríli permanénte. Que concéptum génuít filium : vocávitque nomen ejus Ruben, dicens, Vidit Dóminus humilitátem meam : nunc amábit me vir meus. Rursúmque concépit et péperit filium : et ait, Quóniam vidit Dóminus me habéri contéptui : dedit

étiam istum michi. Vocávitque nomen ejus Símeon. Concépit tertio et génuít álium : dixítque, Nunc quoque copulábitur michi máritus meus : eo quod peperérím illi tres filios. Et idcírco appellávit nomen ejus Levi. Quarto concépit, et péperit filium : et ait, Modo confitébor Dómino. Et ob hoc vocávit eum Judam : cessávitque párere.

Lectio ij. (Gen. xxx. 1.)

Ernens autem Rachel quod infecúnda esset : invídít soróri, et ait márito suo, Da michi líberos : alióquin móriar. Cui irátus respóndit Jacob, Num pro Deo ego sum, qui privávit te fructu ventris tui ? At illa, hábeo inquit fámulam Balam, ingrédere ad illam ut páriat super génuá mea : et hábeam ex ea filios. Dedítque illi Balam in conjúgium.

Que ingrésso ad se viro : concépit et péperit filium. Dixítque Rachel, Judicávit michi Dóminus et exaudivit vocem meam : dans michi filium. Et idcírco appellávit nomen ejus Dan. Rursúmque Bala concípiens péperit álterum : pro quo ait Rachel, Comparávit me Dóminus cum soróre mea : et inválui. Vocávitque eum Néptalim. Tu autem.

Lectio tertia. [Gen. xxx. 9.]

Sentiens Lya quod párere desiísset : Zelpham ancíllam suam márito trádidit. Qua post concéptum edénte filium : dixit, Felíciter. Et idcírco vocávit nomen ejus Gad. Péperit quoque Zelpha álterum.

Dixítque Lya, Hoc pro benedictióne mea : beátam me quippe dicent omnes mulíeres. Et proptérea appellávit eum Aser. Egréssus autem Ruben témpore messis triticée in agrum : repérit mandragóras quas matri Lye

détulit. Dixitque Rachel, Da michi partem de mandragóris filii tui. Respondit Lya, Parum ne tibi videtur quod preripueris maritum michi : nisi etiam mandragoras filii mei tuleris ? Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte : pro mandragóris filii tui. Redeun-

tique ad vesperam de agro Jacob : egressa est in occursum ejus Lya, et ait, Ad me inquit intrabis : quia mercede conduxi te pro mandragóris filii mei. Dormivitque cum ea nocte illa : et exaudivit Deus preces ejus.


Sit iij. *R.*

AS:169; 1519:161v; 1531:100v.⁵⁸


3. Resp.
VII.




A- ter * peccá-vi in ce- lum et co-ram




te: jam non sum dignus vo-cá-ri fí-li- us tu- us.



†Fac me si-cut u- num ex mercenná- ri- is



tu- is. *R.* Quan- ti mercenná-ri- i in domo pa-tris




me- i a-búndant pá-ni-bus : e-go au-tem hic fa-me pé-



re- o : sur- gam et i-bo ad patrem me-um et di- cam

7362.

7362a.



e- i. †Fac.



℣. Glória. 95*. †Fac.

Si aliquod festum novem lectionum [in]⁵⁹ hac die contigerit : hoc predictum ℣. eo anno pretermittatur.


[In laudibus.]

AS:169; 1519:162r; 1531:100v.


5299. Ant.
Liv.



A- dam * ad patrem me-um et di- cam e- i : pa-



ter fac me si-cut u-num ex mercenná-ri- is tu- is.



Ps. Benedíctus. 52*.

Oratio.

DA quésumus Dómine nostris
efféctum jejúniis salutárem : ut
castigátio carnis assúmpta, ad nos-

trárum vegetatiónem tránseat ani-
márum. Per Dóminum nostrum.

Notes, pages 923-964.

- ¹ SB:dcxvii.
- ² SB:dcxvii.
- ³ SB:dcxvii.
- ⁴ SB:dcxix.
- ⁵ SB:dcxix.
- ⁶ SB:dcxxi.
- ⁷ Et festum S. David in anno bissextili differatur in iii. feriam sequentis hebdomade, quod ibi patet sub z. **z**. [SB:dcxxi.]
- ⁸ SB:dcxxi.
- ⁹ SB:dcxxi.
- ¹⁰ SB:dcxxi.
- ¹¹ 'Feria 6.', 1531:96v.
- ¹² SB:dcxxi.
- ¹³ SB:dcxxiii.
- ¹⁴ SB:dcxxiii.
- ¹⁵ 1519:155v.
- ¹⁶ 1519:155v.
- ¹⁷ In BL-52359:110r. 'Dóminus' is set G.GABAGA.AG. In PEN:72v. 'Dóminus' is set G.GABAGA.GABA.
- ¹⁸ 1519:155v.
- ¹⁹ *Nescio an sit legendum 'lenis' cum ed. Vulgatu et cum duobus que inspeximus Portifóriis.* [SB:dcxvi.]
- ²⁰ In AS:161. 'Ecce' is set GA.G. In BL-52359:110v. 'pleni' is set GABAGA.GABA; 'fáciat' is set D.DEFEDE.ED; 'meus sicut arénam' is set DEFEDE.ED DC.D F.EFEDEFEF.ED. In PEN:72v. the first 'sicut' is set D.C.
- ²¹ In PEN:73r. 'Esto' is set C.B.
- ²² In 1531:97v. the **W**. has 'honóre'. In BL-52359:111r. Bersábee' is set A.ACDC.C.CB; 'pérgeret' is set Ae.E.E.
- ²³ SB:dcxxix. replaces 'quo' with 'quod'.
- ²⁴ In 1519:157r. 'exíret' is set GA.A.AGAGG. BL-52359:111r. has no flat at 'Jacob'; 'domus' is set FAGB_h.AG; 'celi' is set GFEDGFEFEDFEF.ED. In BL-52359:111r. the repeat is to 'Quam terríbilis'. In PEN:73r. 'terríbilis' is set GA.A.A.AG. Although the indicated repeat in PEN:73r. is to 'Non est', there is also a capital at 'Quam terríbilis', indicating the possibility of a repetition from this point.
- ²⁵ 1531:98r. omits 'meus.' 1531:98r. has 'me cum salute'. In BL-52359:111r. 'ego' is set FC.DFGEFE. In PEN:73v. 'ego' is set ECDF.GEFE; 'Et lapis' is set C FE.F. PEN:73r. indicates the second repeat at 'Et lapis'; 'mane' is set GA.G; 'suo' is set G.G.
- ²⁶ 1519:157v.
- ²⁷ *Hieronymi Opera*, vi. 31. [SB:dcxxxi.]

- ²⁸ In the \mathfrak{V} . 1531:96r. omits 'meus'. BL-52359:111v. has no B-flat at 'michi décimas'; 'mecum' is set GA.G.
- ²⁹ BL-52359:111v. has no flats at 'non dimittam'; 'michi' is set ACBCAGA.AG; 'benedixit eum' is set G.AC.CBAADCDE.D CABCBAGA.AG. In PEN:74r. 'ei' is set CABCBAGA.AG.
- ³⁰ The Sarum antiphoners clearly separate the diphthong 'a-u' in 'Esau'. In BL-52359:112r. 'illum' is set FG.GFEDCFDE. In PEN:74r. 'dilatáres' is set DE.F.EF.F.
- ³¹ In AS:165. 'revértere' is set F.FG.F.FE. In 1519:158v. 'valde' is set CDF.EFGFGDCB₂B₂GAG. 1519:158v. omits the flat in the \mathfrak{V} . AS:165. does not indicate the repeat to †Quia valde. In BL-52359:112r. 'Jacob' is set FFE.FEFD; no flat appears at 'dixísti'; 'me' is set ED. BL-52359:112. has 'de mánibus'; 'mánibus' is set C.C.CDA; no flat appears in the verse. In PEN:74r. 'Jacob' is set FFE.FDEFE; no flat appears at 'dixísti'; 'nativitátis' is set CDCCB.G.A.CDCA.CDEFDEFED; no flat appears in the verse.
- ³² 1519:159r. does not indicate a flat at 'ánima'.
- ³³ In BL-52359:112v. 'apéries' is set D.D.CD.G.
- ³⁴ In 1519:159v. 'Dóminum' is set GA.A.G.
- ³⁵ 1519:159v.
- ³⁶ In AS:166 'eum' is set FGFF.D.
- ³⁷ In BL-52359:113r. 'oves' is set CDCC.A.
- ³⁸ In BL-52359:113r 'magna est fides' is set D.C D E.C; 'fiat' is set BD.BCb.
- ³⁹ 1531:98v and 1519:160r. have 'dixi tibi'. In BL-52359:113r. 'credíderis' is set BC.A.G.AG.
- ⁴⁰ 1519:160v.
- ⁴¹ In AS:167 'útiqúe' is set F.G.GA.
- ⁴² 1519:160v.
- ⁴³ 1519:160v.
- ⁴⁴ 'Adesto Dómine', 1519:160v.
- ⁴⁵ 1519:160v.
- ⁴⁶ 'excúties' *Chevallon*. 1531. [SB:dcxxxviii.]
- ⁴⁷ 1519:160v.
- ⁴⁸ 1519:161r.
- ⁴⁹ In BL-52359:114r. 'hóminis' is set A.AG.AG.
- ⁵⁰ 1519:161r.
- ⁵¹ 1519:161r.
- ⁵² SB:dcxli. emends this in accordance with the *Vulgate* : *Dispungit Chevallonius* 'Sanusne est ? inquit.'
- ⁵³ In BL-52359:114r. 'hómine testimónium' is set GA.AG.G G.G.A.GF.F.
- ⁵⁴ 'Dómine quésumus', 1519:161r.
- ⁵⁵ 1519:161r.
- ⁵⁶ In 1519:161v. 'tempóribus' is set FGB₂a.B₂AG.A.G.
- ⁵⁷ In 1519:16av. 'sicut' is set A.G.

Notes.

⁵⁸ 1531:100v. has 'unum de'. In 1519:161v. 'dignus' is set BCC.C. In BL-52359:114v. 'ex mercennáriis' is set F G.AC.CBAADCDE.CBCDCBABCBA.

⁵⁹ 1519:162r.